



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Contractu Et Sacramento Matrimonii

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1678**

Approbatio Theologorum Ordinis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73432)

# FACULTAS

*Reverendissimi Patris Commissarii Generalis.*

**F** BARTHOLOMÆUS D'ASTROY, Sacrae Theologiae Lector Jubilatus, Provinciae Flandriae Fratrum Minorum Recollectorum Exprovincialis, & super Provincias Germaniae, Belgii, Hiberniae, Angliae, Scotiae, Daciae, &c. Commissarius Generalis, Reverendo Admodum Patri F. JOANNI BOSCO, Provinciae Germaniae inferioris, Ordinis Fratrum Minorum Recollectorum in Academia Lovaniensi, Sacrae Theologiae Lectori bis Jubilato, ejusdemque Provinciae saepius Definitori Salutem in Domino. Quum *Quinta Pars Theologiae Sacramentalis Scholasticae & moralis*, longo studio, magna animi applicatione, ingenti labore, summa industria, & rara ingenii dextertate ac felicitate sit elaborata à R. Adm. Paternitate vestra, & doctiorum Theologorum calculo comprobata, hinc in illius editionem consentio, servatâ formâ Sacrosancti Concilii Tridentini. Datum Lovanii 15. Kalend. Julii anno reparatae salutis 1678.

Fr. BARTHOLOMÆUS D'ASTROY  
*Commissarius Generalis qui supra.*

# FACULTAS

*Reverendi Admodum P. Ministri Provincialis.*

**V**iso testimonio Theologorum Ordinis nostri super *Parte Quinta Theologiae Sacramentalis Scholasticae & Moralise* per R. A. Patrem F. JOANNEM BOSCO Provinciae nostrae Germaniae Inferioris Fratrum Minorum Recollectorum in Academia Lovaniensi Lectorem bis Jubilatum, ejusdemque Provinciae saepius Definitorem compositâ, facultatem eidem facimus, ut ad plurimorum utilitatem in lucem prodeat; aliamque partem, complendo operi tantopere expectito, cum merito salutaris obedientiae expediat. Datum Lovanii in Conventu nostro Fratrum Minorum Recollectorum sub nostro chyrographo, officiique sigillo minori die 22. Junii 1678.

Fr. JOSEPHUS VAN DOREN  
*Minister Provincialis.*

# APPROBATIO

*Theologorum Ordinis.*

**P**ars quinta *Theologiae Sacramentalis Scholasticae & moralis* per R. Adm. Patrem Fratrem JOANNEM BOSCO Provinciae Germaniae Inferioris Ord. FF. Minor. Recollectorum in Academia Lovaniensi Sacrae Theologiae Lectorem Jubilatum, ejusdemque Provinciae saepius Definitorem, composita, multorum sententiarum & opinionibus, summa diligentia & maturo judicio discussis, atque ubi opus est, rejectis; SS. Patrum auctoritatibus, Canonibus ac Legibus pro re nata subtiliter explicatis, solide elaboratam, & verè selectam de Contractu & Sacramento Matrimonii continet doctrinam, quae cum fidei aut bonis moribus, nullatenus dissona, sed potius his ac rationi per omnia consona reperiatur, digna est, ut praeli beneficio, Theologis & S. Theologiae Professoribus multum luminis in hac materia allatura, in mediam lucem producat. Ita censuimus Lovanii in Conventu FF. Min. Recollectorum, die 9. Novembris 1675.

Fr. JUDOCUS SCALLET  
*S. Theol. Lector Jubilatus.*

Fr. REINERUS PAYEZ  
*S. Theologiae Lector.*

APPRO-